

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Senectus m cum uariis

Inter abusiones huius seculi sola maior est senis obstinatio qui morti proximus mortis non abhorret aduentum, qui quasi ad ostium mundi huius positus foris spectat, nec tamen uite presentis attendit egressum nec future considerat. Audit nuncios mortis, et cedere non uult eis. Tres sunt enim nuncii mortis: casus, infirmitas, senectus; casus dubia, infirmitas graua, senectus certa nunciat; casus nunciat mortem latentem, infirmitas apparentem, senectus presentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis grauitate dolor, ex certitudine senectutis non obstinatio sed afflictio et humilitas sequi deberet.

Hugo de claustro anime libro II.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

huius seculi] seculi huius M; ostium] hostium M P V¹; mundi huius] huius mundi P V¹ V² L¹ L²; nec] uite considerat *add. (del. intra)* M; cedere] credere V² L¹ L²; sunt enim] enim sunt M; senectus] certus *add. (del. intra)* B; nunciat] casus nunciat mortem latentem infirmitas apparentem senectus certa nunciat *add. (del. intra)* M; latentem] la (*cor. supra lin.*) M; deberet] debet C